# FUENTES PARA LA HISTORIA DEL NOTARIADO: NOMBRAMIENTOS Y JURAMENTOS DE NOTARIOS ALICANTINOS

M.ª Luisa Cabanes Catalá
Universidad de Alicante

De entre los registros de Cancillería, fuente casi inagotable de información, hemos seleccionado los dos que figuran con el título *notariorum* y de los que Rodríguez Troncoso afirma ser los únicos del siglo XV se custodian en el Archivo del Reino de Valencia (1). Se trata de dos volúmenes signados como *Real Cancillería 26 y 27* respectivamente y en ellos figuran, como el propio nombre indica, el nombramiento y juramento de los notarios en tiempos de Alfonso V.

Encuadernados en pergamino, con solapa y cierre de botón, el primero *Real Cancillería 26* abarca el período 1419-1441, y en su cubierta figura la siguiente leyenda *Notariorum Valencie, Alfonsus III, armari 83, n.º 1* y en la solapa, años 1419-1441; el segundo comprende desde 1441 a 1446, y en la cubierta leemos *Notariorum lugartenientie, III, Maria, arm. 86, E.,* y en la solapa: *años 1441-1446.*

Limitamos el trabajo a relacionar la designación como notario de personas oriundas de la actual provincia de Alicant y la fecha de juramento si figura. Supuesto que ninguno de los textos pertenecientes a notarios alicantinos está escrito *in extenso,* hemos considerado opor-

---

(1) R. RODRIGUEZ TRONCOSO: *Documentación notarial del archivo del reino de Valencia,* en «Miscelánea Martínez Ferrando», p. 546.

tuno incluir dos documentos completos, uno referido al nombramiento de un notario de Valencia, documento 1, y el otro al juramento que debe realizar el elegido para poder ejercer, documento 2. De algunos de los notarios relacionados sabemos que ejerció en su población de origen, Jaime Limiñana, en Orihuela, aunque después se traslada a Elche (2).

A modo de resumen presentamos también un cuadro donde figura: nombre del notario, lugar de origen, año de nombramiento, su jurisdicción y el año del juramento si figura.

| Nombre | Población | Año designación | Jurisdicción | Año juramento |
|---|---|---|---|---|
| Alcoleia, Antonio | Villajoyosa | 1426 | T.T. | — |
| Argent, Marín | Monforte | 1426 | R.V. | 1426 |
| Bernardo, Andrés | Castalla | 1425 | T.T. | 1426 |
| Bolufer, Jaime | Jávea | 1426 | T.T. | — |
| Cap de Vila, Juan | Penáguila | 1423 | T.T. | — |
| Colomina, Pedro | Cocentaina | 1426 | T.T. | — |
| Costant, Juan | Orihuela | 1443 | R.V. | 1443 |
| Fonollar, Luis | Penáguila | 1424 | T.T. | 1424 |
| Fontes, Juan de | Orihuela | 1424 | R.V. | — |
| Gaçet, Pedro | Callosa d'en Sarriá | 1444 | T.T. | 1444 |
| Gil, Jaime | Alcoy | 1442 | T.T. | 1442 |
| Limiñana, Jaime | Orihuela | 1443 | R.V. | 1443 |
| Margarit, Juan | Alcoy | 1426 | R.V. | 1426 |
| Margarit junior, Juan | Alcoy | 1441 | T.T. | 1441 |
| Martínez, Juan | Elche | 1428 | T.T. | 1428 |
| Martínez, Pedro | Alcoy | 1442 | R.A.V. | 1442 |
| Martínez de Lillo, Antonio | Elche | 1427 | T.T. | 1427 |
| Matarredona, Bernardo de | Cocentaina | 1423 | R.V. | — |
| Pérez, Mateo | Cocentaina | 1423 | T.T. | 1423 |
| Pujatons, Jaufredo | Cocentaina | 1445 | T.T. | 1445 |
| Sentpere, Jaime de | Alcoy | 1435 | R.A.V. | 1435 |
| Yvars, Juan* | Callosa d'en Sarriá | 1427 | R.V. | 1427 |

* Parece cancelado

(2) A. M.ª NAVARRO ESCOLAÑO: *Un notal illicitano en el tránsito de la Edad Media a la Moderna: estudio paleográfico y diplomático,* 2 v. Alicante, 1983. Tesis de Licenciatura *(inédita).*

## SIGLAS USADAS

A.R.V. = Archivo del Reino de Valencia
R.A.V. = *Puede ejercer como notario en los reinos de Aragón y Valencia.*
R.V. = Puede ejercer en el reino de Valencia
T.T. = Puede ejercer en todas las tierras del rey de Aragón

# 1

## 1419, septiembre 29. Valencia

### Alfonso V nombra notario, por todas sus tierras a Miguel Juan, natural de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería** 26, fol. 1

Notarie Michaelis Iohannis, oriundi civitatis Valencie generalis

Nos Alfonsus, Dei gratia, rex Aragonum, Sicilie, Valencie Maioricarum, Sardinie et Corsice, comes Barchinone, dux Athenarum et Neopatrie, ac etiam comes Rossilionis et Ceritanie, attendentes vos Michailem Iohannis, oriundum civitatis Valencie, esse idoneum et sufficientem ad tabellionatus officium exercedum, presentem per vos in cancelleria nostra iuramento quod bene et legaliter vos habebitis in exercendo officio memorato, constituimus et creamus vos dictum Michaelem Iohannis in notarium publicum per totam terram et dominacionem nostram. Ita quod in universis et singulis terris et locis, dicioni ac iurisdiccioni nostre subiectis possitis recipere et conficere testamenta, acta, attentaciones, sentencias et quelibet alia instrumenta quorumcumque contractum fuerint et quoslibet alias scripturas authenticas et publicas, et eas scribere ac scribi facere per substitutum aut substitutos a vobis iuratos, tamen de quibus se quidem prothocolla sive capibrevia, faciatis noturalum ut eterne memorie, comendentur nos enim ipsius testamentis, actis, attentacionibus, sentenciis, instrumentis et aliis scripturis publicis et autenticis per vos bene et legaliter conficiendis, recipiendis et scribendis ac scribi faciendis per iuratos substitutos a vobis autoritatem / nostram \ impedimus pariter et decretum. Ita quod eisdem in eisdem in iudicio et extra iudicium fides plenaria habeatur et omnimodam obtineat roboris firmitatem tanquam publica manu factum et dum tamen subscripcionem vestram et signum apposueritis in eisdem qua vos auctoritate nostra notarium et ipsius contractibus interfuisse teneamini conficere. Mandantes / igitur / per presentem cartam nostram gubernatori nostro generali, eiusque vicesgerentibus, vicariis, / iusticiis, / baiulis, curiis, suppraiuntariis, çalmedinis, merinis, iuratis et universis ac singulis aliis officialibus et subditis ceteris presentibus et futuris dictorumque officialium locatenentibus quod per notario publico habeant et teneant per totam terram et dominacione nostram, et instrumentis ac scripturis vestris publi-

cis et autenticis adhibeant plenam fidem, aducimus tamen quod testamenta, codicillos, instrumenta illorumque notas ac transsumpta acta, attestaciones, testium et alias scripturas publicas et autenticas quos quas et que reciperitis confeceritis et scripseritis aut scribi feceritis intra comitatus Rossilionis et Ceritanie / ac \ terras confluentis et Vallispirii vestrus sumptibus facere et ad medietate preciorum inde habitatorum secundum ordinaciones regias procuratori nostro Rossilionis aut / cui \ bus voluerimus teneamini respondere. In cuius rei testimonium presentem vobis fieri iussimus nostro sigillo inpendenti munitam

Datum Valencia, vicesima octava die septembris, anno a Nativitate Domini millessimo quadringentesimo decimo nono, regnique mei quarto.

*De Borja, regens cancelleriam*

Franciscus d'Arinyo mandato regio facto per cancellerie regentem et examinatus fuit repertus sufficiens.

Probata

## 2

## 1421, noviembre 9. Barcelona

### *Juramento como notario de Andrés Corts, natural de Valencia, pudiendo ejercer en todos los estados del rey de Aragón*

A.R.V. **Real Cancillería** 26, fol. 140

Firmarum et obligacionum notariorum regni Valencie per dominam reginam locumtenentem creatum

Noverint universi quod in civitate Barchinone, die sabbati intitulata octavo mensis novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo, en presencia mei Petri Castello, notario de scribania domine regine, ac discretorum Michaelis d'Oros, et Bartholomei de Gratia de dicta scribania, testium ad hec vocatorum specialiter et assumptorum Andreas Corts, oriundus civitate Valencie, notarius noviter creatus per dictam illustrissiman dominam Mariam, Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comitissam Barchinone, ducessam Athenarum et Neopatrie ac eciam comitissam Rossilionis et Ceritanie, primogenita regni Castella, locumtenentem illustrissimi domini regis, eius viri et domini carissimi, creatus per totam terram et dominacionem regia, confitens se fore clericum et tonsuratum, gratis et ex certa sciencia, satisfaciendo regie pracmatice sanccioni super his edite promisit, sub pena trecentorum morabatinorum auri quam sibi sponte imposuit exhigenda de bonis eiusdem et fisco regio, si et quociens contrafactum extiterit applicanda, quod pro quoscumque crimine seu delicte si quod hactenus sit comissum vel contingat deinceps comitti per eum, non allegabit, nec faciet allegari tonsuram, nec ad ecclesiasticam curia preinde recursum habebit, nec alios si innabit privilegio seu inmunitate tonsura seu pro ea vel in eis favorem indultis quinimo ipsis omnibus

et aliis contra premissa vel aliquid eorumdem eum innantibus ser innane valentibus renunciavit expresse obligans preinde persona et omnia bona sua, habita et habenda, volens atque consenciens quod in illis fiat et fieri possit exequcio pro premissis ut potest est pro debitis et iuribus fiscalibus fieri et consuetum. Et ut tantum sit diligentius de predictis dedit in fideiussorem Pascacium Rovirola, pellipenne, oriundum vallis d'Ostales, habitatorem Barchinone, his presentem et onus huiusmodi fideiussionis in de sponte et promisit et poinde obligavit se et omnia bona, presentia et futura, modo et forma quibus et prout est ductus principales de super obligatus, et renunciavit iuri dicenti quod prius conveniatur principalis quam fideiussor, et eciam dictus principalis et ipse fideiussor renunicarunt expresse omnibus et singulis et aliis legibus, iuribus et aliis quibus possent advertus premissa se et sua ullomodo deffendere et per superius tueri.

Que acta fuerunt et per superius nominatos firmata in predicta civitate, die et anno prefixis, in possi natarius suprascripti ea stipulantis et recipientis nomine curie et aliorum intersit ac poterit interesse.

## 3

## 1423, marzo 24. Barcelona

**Bernardo de Matarredona, natural de Cocentaina es nombrado notario para poder ejercer en el reino de Valencia**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 4

Bernardi de Mataredona

Similis carta notarie per regnum Valencie fuit concessa Bernardo de Mataredona, oriundo ville de Cocentayna, regni Valencie. Que data fuit Barchinone, vicecima quarta die marcii, anno a Nativitate Domini millessimo CCCC° vicesimo tercio, regnique dicti domini regis octavo.

Bartholomeus Gros mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus per Bartholomeum Sirvent, legum doctoris fuit repertus suficiens.

# 4

## 1423, octubre 1. Maella

### Juan de Capdevila, natural de Penaguila, es nombrado notario para ejercer la notaría en todos los reinos del rey

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 5

Iohannis de Cap de vila

Similis carta notarie per totam terram et dominacionem regiam fuit concessa per dictam dominam reginam Iohanni de Cap de Vila, oriundo ville de Penaguila, regni Valencie. Que datum fuit in villa Maella, prima die octobris, anno a Nativitate Domini M.° CCCC° vicesimo tercio, regnique dicti domini regis octavo.

De Funes, vicecancellarius

Guillermus Bernardus de Brugada, mandata regine data per vicecancellarium et examinatus fuit repertus sufficiens

Probata

De Juntors

# 5

## 1424, marzo 9. Valencia

### Juan de Fontes es nombrado notario, pudiendo ejercer en el reino de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 109

Privilegium notarie concessum

Iohanni de Fontes

Similis carta notarie fuit concessa Iohanni de Fontes, oriundo ville Oriola, regni Valencie, per totum Valencie tamen per dictum regem. Que data fuit Valencie, nona die marcii anno a Nativitate Domini M° CCCC° regnique dicti domini regis nono.

De Funes, vicecancellarius

Gabriel Rostel mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus per Iacobum Augustini

repertus sufficiens.

Probata

## 6

# 1424, julio 15. Barcelona

### Luis Fonollar es nombrado notario para poder ejercer en todos los reinos de Alfonso V como notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 11

Ludovici Fonollar

Similis carta notarie, ut est superius registrata in primo folio, fuit concessa Ludovico Fonollar, oriundo loci de Penaguila, regni Valencie per / dictum \ dominum regem per totam eius dominacionem. Que datum fuit Barchinone, quinta decima die iulii, anno a Nativitate Domini M° CCCC XXIIII°, regnique dicti domini regis nono

De Funes, vicecancellarius

Raymundus Baiulii, mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus fuit repertus sufficiens

Probata

## 7

# 1424, julio 25. Barcelona

### Luis de Fonollar, natural de Penaguila, jura desempeñar correctamente el oficio de notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 148

In civitate Barchinone, XXV mensis iulii anno predicto Domini M CCCC XXIIII°

Ludovicus de Fonollar, oriundus ville de Penaguila, notarius noviter creatus per dictum regem per totam eius dominacione convenit et promisit ut in forma et dedit fideiussorem suum Petrum Perez, civem Valencie, qui hanc fideiussionem et cetera, obligavit et cetera, renunciat et cetera.

Testes dicti Iacobus Peracols de scribania dictum regem et Iohannes Leopart notarius

## 8

## 1425, enero 14. Valencia

### Andrés Bernardo es nombrado notario para poder actuar en todos los estados de Alfonso V

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 13

*Andree Bernardi*

Similis carta notarie per totam terram et dominacionem regiam superius in primo folio registrata fuit per dominum regem concessa Andree Bernardi, oriundo loci de Castalla. Que data fuit Valencia quarta decima die mensis ianuarii, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXV°, regnique dicti domini regis XI°

Pelegri, regens cancelleriam

Berengarius de Tresseris mandato regio facto per regentem cancelleriam et fuit examinatus et repertus suficiens

## 9

## 1426, enero 18. [Valencie]

### Andreas Bernardo de Castalla presta juramento de ejercer como notario en todas las tierras del rey

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 150

Die veneris XVIII die ianuarii anno predicto a Nativitate Domini M° CCCC° XXVI°

Andreas Bernardi, oriundus loci de Castalla, notarius noviter creatus per dominum regem per totam terram et dominacionem suam convenit et promissit ut in forma et de dicta in fideiussorem discretum Iohannem de Pina, notarium civitatis Valencie, qui acceptans et cetera, renunciat et cetera, et iurarunt et cetera.

Actum et cetera, fiat large et cetera.

Testes Andreas Solerii et Petrus Bolosi, notarius de scribania domini regis

## 10

## 1426, febrero 7. Valencia

**Mateo Pérez, natural de Cocentaina, es nombrado notario para poder ejercer en todos los estados de la Corona de Aragón**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 14

Mathei Perez

Similis carta notarie per totam terram et dominacionem regiam fuit per dominum regem concessa Mateo Pereç, oriundo loci de Cocentayna. Que datum fuit Valencie septima die februarii, anno a Nativitate Domini M° CCCC XXVI°, regnique dicti domini regis undecimo.

De Funes, vicecancellarius

Iacobus Benedicti mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus per prothonotarius fuit repertus sufficiens

Probata

## 11

## 1426, febrero 7. Valencia

**Pedro Colomina, natural de Cocentaina, es designado para poder ejercer el arte de la notaría en todas las tierras del rey de Aragón**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 14

Petro Colomina

*Similis carta notarie per totam terram et dominacionem* regiam fuit per dominum regem concessa Petro Colomina, oriundo loci de Cocentayna. Que datum fuit Valencie, septima die februarii, anno a Nativitate Domini M° CCCC XXVI, regnique dicti domini regis undecimo.

De Funes vicecancellarius

Iacobus Benedicti mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus per prothonotarius fuit repertus sufficiens

Probata

## 12

## 1426, febrero 8. Valencia

### Mateo Pérez jura desempeñar el cargo de notario según lo establecido

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 151

Die octava februarii anno a Nativitate Domini M° CCCC XXVI° in civitate Valencie

Matheus Pereç, oriundus de Cocentayna, notarius noviter tamen per dictum regem per totam terram et dominacionem regia convenit et promisit ut in forma, et dedit in fideiussorem discretum Iohannem Augusti, notarium civitate Valencie, qui acceptans et cetera, et convenit et cetera, et iurarunt et cetera. Fiat largo modo.

Testes Arnaldus Solerii et García Martini, notarius de scribania domini regis

## 13

## 1426, febrero 15. [Valencia]

### Juramento hecho por Jaime Bolufer, quien se compromete a ejercer como notario en todos los estados del rey de Aragón

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 150 v.

Die veneris XV die februarii, anno a Nativitate Domini millessimo CCCC° XXVI°

Iacobus Bolufer, oriundus loci de Xabea, notarius noviter creatus per dominum regem per totam eius terram et dominacionem comitint et bona fide promisit sub forma solita ac pena CCC$^{orum}$ morabatinorum et cetera, et dedit in fideiussorem discretum Iacobum de Sent Unicent *(sic),* notarium civitatis Valencie, qui sub simili pena acceptans dictum fideiussionem renunciarunt et cetera, obligarunt et cetera, fiat large et cetera.

Testes discretum Petrum Bolosum et Arnaldus Solerii, notarius de seribaniam domini regis

## 14

## 1426, abril 10. Valencia

### Antonio de Alcoleia es nombrado notario para poder ejercer este oficio en todos los estados del rey Alfonso V

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 15

Anthoni de Alcoleia

*Similis carta notarie per totam terram et dominacionem regiam concessa* Anthonio de Alcoleia, oriünde ville de Villajoyosa. Que datum fuit Valencie, decima die aprilis, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVI°, regnique dicti domini regis undecimo.

De Funes, vicecancellarius

Gabriel Mastaroni mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus fuit repertus sufficiens

Probata

## 15

## 1426, abril 22. Valencia

### Juan Margarit es designado notario, pudiendo practicar esta profesión en el reino de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 110

Iohannis Margarit

*Similis carta notarie per dominum regem fuit concessa Iohanni* Margarit, *loci* d'Alcoy, regni Valencie per totum regnum Valencie tamen. Que data fuit Valencie, XII$^a$ die aprilis, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVI, regnique nostri undecimo.

De Funes, vicecancellarius

Berengarius de Tresserris mandato regio facto per vicecancellarium et fuit examinatus et repertus suficiens

Probata

## 16

## 1426, abril 24

### Juan Margarit jura ejercer su profesión de notario por el reino de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 153

Die mercurii XXIIII aprilis anno predicto M° CCCC XXVI°

Iohannes Margarit, [*oriundus*] ville de Alcoy, regni Valencie notarius noviter creatus per dominum regem per regnum Valencie tamen covenit et promisit prout in forma et cetera, et dedit in fideiussorem Iohannem Borrel, notarium civitatis Xative, qui acceptans et cetera, obligarunt bona et cetera, renunciarunt, et cetera.

Testes Petrus Bolosum et Garcia Martini de seribania dicti domini regis

## 17

## 1426, junio 3. Valencia

### Martín Argent es nombrado notario para ejercer en todo el reino de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 110

Martin Argent

Similis carta notarie per dominum regem fuit concessa Martino Argent, oriundo loci de Monfort, per totum regnum Valencie tamen. Que data fuit Valencie, tercia die iunii, anno a Nativitate Domini M° CCCC° vicesimo sexto, regnique dicti domini regis undecimo

De Funes

Guillermus Bernardus de Brugada mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus fuit repertus suficiens

## 18

## 1426, junio 4

### Martín Argent jura ejercer la profesión de notario por todo el reino de Valencia según lo establecido

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 153

Die martis IIII die mensis iunii, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVI°

Martinus Argent, oriundus loci de Monfort, regni Valencie, notarius noviter creatus per dictum regem per regnum Valencie, tamen convenit et promisit ut in forma sub pena ducentorum morabatinorum et cetera, et dedit in fideiussorem Laurencium Yvanyes, habitatorem civitate Valencie, qui acceptans et cetera, obligarunt uturque in civitate Valencie, qui acceptans et cetera, et iurarunt, et cetera.

Actum et cetera

Testes discretus Petrus Bolosum et Arnaldus Solerii, notarius de scribania domini regis

## 19

## 1427, marzo 15. Valencia

### Juan Ivars hace su juramento como notario, pudiendo ejercer en todos los estados de Alfonso V

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 157

Die sabbati XV marcii, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVII° in civitate Valencie

Iohannis Yvarç, oriundus ville Callose, notarius noviter creatus per dominum regem per totam terram et dominacionem regiam convenit et promisit ut in forma ut dedit in fedeiussorem discretum Petrum Morell, notarium, qui acceptans et cetera, convenerunt et promiserunt et cetera, et iurarunt, et cetera

Testes Garcias Martini et Iacobus Peracolls, notarii de scribania domini regis et cetera

## 20

# 1427, septiembre 30. Valencia

**Antonio Martínez de Lillo es nombrado notario para poder ejercer en todos los territorios del rey**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 21

Anthoni Martini de Lillo

Similis carta notarie per totam terram et dominacionem regiam fuit concessa per dictum dominum regem Anthonio Martini de Lillo, oriundo ville de Elg. Que data fuit Valencie, tricesima die septembris, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVII°, regnique dicti domini regis duodecimo

Pelegri

Iohannes Vilella mandato regio facto per vicencancellarium et examinatus per ipsum fuit repertus suficiens

## 21

# 1427, octubre 27. Valencia

**Antonio Martínez de Lillo realiza su juramento para poder ejercer como notario por todas las tierras del rey**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 159

Die III octobris anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVII° in civitate Valencie

Anthonius Martini de Lillo, oriundus ville de Elig, notarius noviter creatus per dictum dominum regem per totam terram et dominacionem suam convenit et promisit ut in forma, et dedit in fideiussorem discretum Iohannem Franch, notarium civem Barchinone, qui acceptans et cetera, et obligant et cetera, et iurant et cetera, fiat large ut in forma

Testes honorabilis frater Anthonius Giomar, canonicus monasterii beate Marie de Latone et Franciscus de Vilardelli, candelerius cives Barchinone

## 22

## 1427, diciembre 12. Valencia

**Juan Yvars, es designado como notario, pudiendo ejercer en todas las tierras del rey de Aragón**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 19

Iohannis Ivart

Similis carta notarie fuit per dictum regem concessa per totam terram et dominacionem dicti domini regis Iohanni Ivars, oriundo ville Callose. Que datum fuit Valencie, duodecima die decembris, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXVII°, regnique dicti domini regis undecimo

Pelegri, regens cancelleriam

Berengarius de Tresserris, mandato regio facto per regentem cancelleriam et fuit examinatus et repertus sufficiens

Probata

## 23

## 1428, noviembre 9. Sagunto

**Juan Martínez, natural de Elche, es designado como notario pudiendo ejercer en todos los estados de Alfonso V**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 25 v

Iohannis Martínez

Similis carta notarie per totam terram et dominacionem per dictum regem expedita Iohanni Martinez, oriundo ville de Elig, regni Valencie. Que data fuit in Villa Muriveteris, nona die mensis novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadragentesimo vicesimo octavo, regnique dicti domini regis tercio decimo

Pelegri

Raimundus Baiuli, mandato facto per vicecancellarium et examinatus per Clementem de Villanova fuit repertus sufficiens

Probata

## 24

## [1428] noviembre 17. Sagunto

### Juan Martínez, natural de Elche, jura el desempeñar el arte de la notaría según lo establecido

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 163 v

Die mercurii XVII novembris, anno predicto in villa Muriveteris.

Iohannis Martinez, oriundus ville de Elig, regni Valencie, notarius noviter per dictum regem creatus per totam suam dominacionem convenit et promisit ut in forma et dedit in fideiussores suum Bartholomeum Baldovi, studentem in artibus dicte ville, qui dona fideiussorem et cetera, renunciat et cetera, obligat et cetera, iurat et cetera

Testes Petrus Comes de scribania dicti domini regis et Garsias de Tudela, scriptor

## 25

## 1435, septiembre 20. Valencia

### Jaime de Sentpere es nombrado notario pudiendo ejercer en los reinos de Aragón y Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 111

Notarie Iacobi de Sent Pere

*Similis* carte notarie fuit concessa per regna Aragonum et Valencie tamen per dictam dominam regniam *(sic)* Iacobo de Sent Pere, oriundo ville de Alcoy. Que data fuit Valencie, XX$^{a}$ die septembris anno a Nativitate Domini M$^{o}$ CCCC$^{o}$ XXXV$^{o}$, regnique dicti domini regis XX$^{o}$

De Funes, vicecancellarius

Iacobus Benedicti mandato regio facto per vicecancellarium et examinatus per Petrum Ram, prothonotarium qui cum habuit cum suficiens et eam vidit

Probata

## 26

## 1435, septiembre 30. Valencia

**Fórmula abreviada del juramento de Jaime de Sent Pere incompleta**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 170 v

Die veneris XXX° septembris anno M° CCCC° XXXV° Valencie

Iacobus de Sent Pere, [oriundus] ville de Alcoy, notarius noviter creatus convenit et promisit ut in forma *(blanco)*

## 27

## 1441, marzo 7. Valencia

**Juan Margarit es nombrado notario por María, esposa de Alfonso V, pudiendo ejercer en todos sus estados**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 38 v

Iohannis Margarit, iunior

Similis carta notarie per dictam dominam reginam, locumtenentem, fuit concessa Iohanni Margarit, iuniori, oriundo ville de Alcoy per totam terram et dominacionem domini regis. Que data fuit Valencie septima die marcii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno septimo, aliorum vero regnorum anno vicesimo sexto.

Falco

Andreas Catala, mandato regali facto per cancellarium et examinatus repertus fuit sufficiens

Probata

# 28

## 1441, marzo 9. Valencia

**Juan Margarit jura ejercer el arte de la notaría en todas las tierras del rey de Aragón según lo establecido**

A.R.V. **Real Cancillería,** 26 fol. 171

Die iovis VIIII marcii anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXXXI in Valencie

Iohannes Margarit iunior, oriundus ville de Alcoy, notarius noviter creatus, per dictam dominam reginam per totam terram et dominacionem domini regis convenit et promisit ut in forma et dedit in fideiussorem Antonium d'Aranda, notarium civitate Xative, presentem et cetera, qui acceptans et cetera, renunciant et cetera, obligant et cetera.

Testes Mathias Figuerola, sigillator, et Petrus Fita, alias de Leyda, de scribania dicte domine regine

# 29

## 1442, junio 9. Zaragoza

**Jaime Gil es nombrado notario, pudiendo ejercer por todos los territorios del rey de Aragón**

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 15 v

Similis carta notarie fuit per dictam regina concessa Iacobo Egidii, oriundo ville de Alcoy, per totam terram et dominacionem regiam. Que data fuit Cesarauguste, die nona iunii, anno a Nativitate Domini M° CCCC° XXXXII, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno octavo, aliorum vero regnorum anno XXVII°

De Funes, vicecancellarius

Andreas Catala mandato reginali facto per vicecancellarium et examinatus fuit habitus per suficiens

Probata

## 30

## 1442, junio 12

### Jaime Gil realiza su juramento como notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 15 v

Die XII iunii anno a Nativitate Domini M° CCCC XXXXIII°. Supra dictus Iacobus Gil, oriundus ville de Alcoy, noviter creatus, per dominam reginam locumtenentem generalem per totam terram et dominacionem regiam convenit, iuravit et promisit ut in forma, et ad maiorem securitatem dedit in fideiussorem suum honorabilem Petrum Belluga, in iuroque doctorum, qui cum ipse et sine et cetera regia obligat et cetera, ordinetur largo modo ad comodum

Testes qui presentes fuerunt discreti Mathias Figerola, sigillator et Gabriel Gitull, notarius

## 31

## 1442, diciembre 7. Tortosa

### Pedro Martínez, natural de Alcoy, es nombrado notario pudiendo ejercer por todo el reino de Aragón y Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 121

Similis carta notarie per dictam dominam reginam locumtenentem fuit concessa Petro Martini, oriundo ville de Alcoy, regni Valencie, per regna Aragonum et Valencie tamen. Que data fuit Dertuse, die septimo decembris anno a Nativitate Domini millesimo CCCCXLII°, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno octavo, aliorum vero regnorum anno vicesimo septimo.

Gardus Raffard mandato regio facto per regentem cancellerie et examinatus habuit eum pro sufficienti

Probata//[121]

## 32

## [1442], diciembre 8. Tortosa

### Juramento de Pedro Martínez como notario

A.R.V.**Real Cancillería,** 27, fol. 121 v

Die sabbati VIII decembris, anno predicto in civitate Dertuse

Preffatus Petrus Martini, notarius noviter creatus, per regna Aragonum et Valencie ut superius est de dictum convenit et promisit quod pro quocumque crimine comisso etiam et comittendo ut habetur recursum ad brachium ecclesiasticum ut in forma et cetera, fideiussor ad predicta est Iacobus Rubert, notarius habitator Valencie presentem qui acceptat et cetera, convenit et cetera, et regiat et cetera, obligat et cetera

Testes discretus Garsias Tudela, sigillator et Gabriel Gaçull, notarius de scribania regia

## 33

## 1443, abril 5. Valencia

### Jaime Limiñana, natural de Orihuela, es nombrado notario, pudiendo ejercer su actividad en el reino de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** n.° 26, fol. 84 v

EDIT. A. M.ª NAVARRO ESCOLANO: *Un notal illicitano en el tránsito de la Edad Media a la Moderna,* en «Anales de la Universidad de Alicante. Edad Media», 3 (1984).

Similis carta notarie per regnum Valencie tantum fuit concessa per dictam serenissimam dominam reginam, locumtenentem generalem, predicto Iacobo de Liminyana, oriundo civitate Oriole. Que data fuit in civitate Valencie, quinta die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno nono, aliorum vero regnorum anno XXVIII°

Falco

Raymundus Baiuli mandato domine regine facto per regentem cancellerie et examinatus per Guillem Bernardi de Cabrugada et per me fuit repertus sufficiens.

Probata

## 34

## 1443, abril 6. Valencia

### Jaime de Limiñana hace su juramento como notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 26, fol. 84 v

EDIT. A M.ª NAVARRO ESCOLANO: *Un notal illicitano en el tránsito de la Edad Media a la Moderna,* en «Anales de la Universidad de Alicante. Edad Media», 3 (1984).

Die sabbati sexta die aprilis anno Mº CCCCº XXXXIIIº in Valencie

Prelibatus Iacobus de Liminyana, notarius noviter creatus per dictum regnum Valencie tamen per dictam serenissimam domimam reginam locumtenentem generalem predictam, convenit et promisit quod pro aliquo delicto sive crimini per eum comisso vel eciam comittendo quod Deus avertat non recurret ad forum eclesiasticum et cetera, sub pena CCC$^{orum}$ morabatinorum auri et cetera, et pro predictis obligavit personam et bona sua mobilia et cetera, et pro maiori premissorum securitate dedit in fideiussorem Franciscum de Rius, notarium ville Alicantis, ibidem presentem qui acceptans dictum fideiussionem convenit et cetera, obligat et cetera, renunciat et cetera.

Testes Garsias Tudela, sigillator, Petrus Ysern et Ludovicus Cubells de scribania regia

## 35

## 1443, abril 5. Valencia

### Juan Castant es designado como notario pudiendo ejercer dicha profesión por el reino de Valencia

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 84 v

Similis carta notarie per regnum Valencie tamen fuit concessa per dictam serenissiman reginam, locumtenentem predicta, Iohanni Castant, oriundo civitate Oriola. Que data fuit Valencia, quinta die aprilis, anno a Nativitate Domini Mº CCCC XXXXIIIº, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno nono, aliorum vero regnorum XXVIIIº

Falco

Guillermus Bernardus de Brugada mandato reginali facto per regentem canci-

llerie et examinatus per Raymundum Baiuli, locumtenentem prothonotarii et per me fuit repertus sufficiens

Probata

## 36

## 1443, abril 6. Valencia

### Juramento de Juan Castant como notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 85

Die sabbati sexta die aprilis, anno M° CCCC XXXXIII, in Valencie

Prefatus Iohannes Castant, notarius noviter creatus per dictum regnum Valencie tamen per predictam serenissimam dominam reginam, locumtenentem predictam, convebit et promisit quod pro aliquo delicto seu crimine eum comisso vel etiam comitendo non recurret ad forum eclesiasticum et cetera, sub pena CCCC^orum^ morabatinorum auri et cetera, et pro predictis obligavit personam et *bona sua mobilia et cetera, et pro maiori premissorum securitate ibidem presen*tem qui acceptans dictam fideiussionem convenit et cetera, obligat et cetera, et renunciat et cetera.

Testes proxime dicti [Garcia Tudela, sigillator, Petrus Usern et Ludovicus Cubells de scribania regis]

## 37

## 1444, julio 4. Valencia

### Nombramiento de Pedro Gaçet como notario pudiendo ejercer por todas las tierras de Alfonso V

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 42

Similis carta notarie fuit concessa per dictam dominam reginam et locumtenentem predictam et cetera, per totam terram et regiam dominacionem Petro Gaçet, *oriundo ville de Callosa, filio Simeonis* Gacet, *mercatoris dicte ville.* Que datum fuit Valencie, quarta die iulii anno a Nativitate Domini M° CCCC XLIIII°, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno decimo, aliorum vero regnorum anno XXVIIII

Falco

Bartholomeus de Fuertes mandato reginali facto per regentem cancellerie et examinatus fuit repertus sufficiens

# 38

## 1444, [julio]. [Valencia]

### Juramento de Pedro Gaçet como notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 42

Die mercurii VIII predictorum mensis et anni

Predictus Petrus Gaçet, notarius per dictam serenissimam dominam reginam ut locumtenentem et cetera, noviter creatus per totam terram et dominacionem ut predictus convenit et promisit quod pro quocumque crimine per eum comisso vel comittendo quod adsit non recurret ad brachium ecclesiasticum ut allegabit tonsuram, et hoc sub pena CCC morabatonorum regio applicandorum erario, obligando pro hiis personam et bonam et cetera, renunciat et cetera et ad maiorem cautelam dedit in fideiussorem Andrea Borraç, mercatorem civem Valencie qui gratis acceptans dictam fideiussionem convenit et promisit et cetera, obligat et cetera, renunciat et in forma.

Testes Petrus Iacobi et Iacobus Pastor, notarii de scribania regia

# 39

## 1445, julio 21. Valencia

### Jaufredo Pujatons es designado para poder ejercer la notaría por todos los estados del rey de Aragón

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 54 v

Die lune XXI iunii, anno predicto M°CCCC°XXXXV° in civitate Valencie

Similis carta notarie per totam terram et dominacionem serenissimi domini regis per illustrissimam dominam reginam ut locumtenentem generalem duci *domini regis fuit concessa Iaufredus de Pujatons, oriundum ville de Cocentayna,* regni Valencie, per totam terram et dominacionem dicti serenissimi domini regis. Que data fuit Valencie XVII die iulii, anno a Nativitate Domini M°CCCCXLV°, regnique dicti domini regis Sicilie citra Farum anno XI°, aliorum vero regnorum anno tricesimo.

Falco.

Bertrandus Comes mandato regio facto per regentem cancillerie et examinatus per Guillem de Torerte et Gabrielem de Remosito, legum doctores, Bartholomeum Gros, regium scriptorem a quibus fuit abitus repertus extitit et suficiens

Probata

# 40

## 1445, julio 19. [Valencia]

### Juramento de Jaufredo de Pujacons como notario

A.R.V. **Real Cancillería,** 27, fol. 54 v

Die lune XVIIII iulii, dicti anni MCCCCXLV in dicta civitate

Prenaminatus *(sic)* Iaufridus de Pujacons, oriundus ville de Cocentayna regni Valencie, notarius noviter per dictam serenissimam dominam reginam per totam terram et dominacionem regiam creatus convenit et promisit et cetera, quod non allegabat tonsuram nec recurret ab brachium ecclesiasticum et hoc sub pena CCC$^{orum}$ morabatinorum; et pro hiis obligavit persona et bona sua et cetera, et dedit in fideiusorem Durandum de Listo, civem civitatis Xative, presentem et cetera, acceptantem qui convenit et cetera, renunciat et cetera.

Testes discreti Francisci Cases, scriptor et Petrus Nos, notarius et de scribania regia